



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Additiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

am & Africam, legat tertiam partem bonorum & reddituum, quos frater suus Luipoldus in foro Pogen reliquerat, ad Monasterium Altach superiorius: Testes, Gebhardus de Menna, aulæ præfctus, Hartvvcus de Eia, Albertus Hagenbach & Rapotho Mennius. Actum Naternperg, Anno 1220. regnante Friderico Imperatore fœliciter. Diploma ibi vel in inferiori Altaich extat.

S V B Ludouico Imperatore, circa Annum Domini 1340. Monachi Althæ superioris Danubium, quod nimium vicinus Templo agros, prata, excederet, ab antiquo meatu, qui locus adhuc vetus Danubius dicitur, graui impendio, alio deriuant, nouum alueum decem continua annis effodiunt, mille amplius libras Ratisbonen. expensas referunt, &c. Auentinus libro septimo, folio 784.

LUDOVICVS, Marchio Brandenbergen. filius Ludouici quarti Imperatoris, & fratres sui nominant Abbatem hunc, den Ersamen Geislichen Fürsten tribuen. illi Parochiam beatæ Mariæ virginis in Landau, pro remedio animæ suæ, Anno 1348.

S VNT ibi sepulti, Nicolaus, Episcopus Patauiensis, qui exul Anno Domini 1340. ibi mortuus ac sepultus est, deinde Nobiles de Satlbogen, & Stainberg.

ADDITIONE S.

A. **N** nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albertus Comes de Bogen, omnibus in perpetuam memoriam. ¶ Quia sicut aqua ignem, ita & eleemosynam extinguere peccatum & credo, & scio. Vnde ad notitiam præsenti pagina omnium eam intuentium peruenire volo, quod ego in obsequium Crucifixi ad transmarinas partes proficisci volens, pro remedio animæ meæ, meorumq; venia delictorū contuli Ecclesiæ in superiori Altha vnam partem Fori mei, quod Bogen dieitur in perpetuum vsum Fratrum ibidem Dœ famulantium, cum omnibus attinentiis suis & prædiis siue hominibus, seu etiam omni forensi jure ac prouentu, Sanctoq; Petro Apostolo delegans omnem proprietatem eiusdem tertiaræ partis, quæ hæreditariè contingebat fratrem meum Leopoldum cum omnibus appendiciis supradictis. Vniuersis etiam bonis eiusdem Ecclesiæ, quæ hactenus à me violenter possessa & occupata iniuste, vel alienata sunt, integre renuntio, nullum in his, & in præmemoratis bonis Ecclesiæ præfatae à me collatis jus hæreditatis aut potestatis in posterum, aliqua prorsus interueniente donatione vel pactione, relinquens. Nomina verò bonorum iniuste possessorum sunt hæc. Quatuor curiæ in Puchberg. In Utendorff prædium vnum. Wessberge prædium vnum. In Öde prædium & vinea. In Kagore prædium. Höuelin prædium. In Tannovve pratum. Dotem in Menna. Curia in Taffetten. Curia in Sante. Curia in Straskirchen. Quatuor Curiæ in Ratesstetin. Curia in Lugenarn. Duæ Curiæ in Haide. Duæ in Ride. Molendinum in Lauffe. Duæ Curiæ in Melbach. Ad maiorem igitur mea donationis & renunciationis effectum, præsentes inde conscribi, & sigilli mei munimine duxi roborari. Testes Ioannes Abbas de Binneberge. Gebhardus Marscalcus de Menna. Hartunc de Eia. Hainrich in Prüel, Albertus de Heybach. Rapodo Præpositus de Menna, & alij plures. Actum & datum in Naterberc, Anno Domini M. CC. XX. Indictione septima. Octaua Kal. April.

HONORIUS PP. II. seruus seruorum Dei, cunctis fidelibus salutem & apostoli- cam benedictionem. Priuilegium libertatis Altachenſis Cœnobij vt subscriptum est, nostra authoritate firmaamus, & sub Banno S. Petri & nostro constringimus, ne quis-

ne quisquam eidem loco & bonis ad eum pertinentibus aliquam vim iniustè inferat, aut mali aliquid faciat, quod si quis hoc transgressus fuerit aeterno anathemate se damnatum sciat. IN NOME Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, ad comprobandam & declarandam bonorum industriam notum, facimus, & memoriae posteris tradimus, vt vniuersi Ecclesiæ filij præsentes sciant & recognoscant qualiter locus Superior Althe nominatus, omnipotentis Dei seruitio sit institutus & Romanæ libertati traditus, anno ab incarnatione Domini 1125. Indictione octaua. III. Id. Decembris³. Primo anno Lotharij regis Saxonici, Deo annuente, & Luidegero eiusdem loci Abbe plurimum in hoc annitente, conuenerunt ad eundem locum cum plurimis amicis & nobilibus viris & militibus suis *Fridericus* aduocatus Ratisponensis Ecclesiæ cum consensu contectalis suæ, & *Adelbertus* Comes de *Windeberch*, cum vxore & filiis admodum paruis, ad quorum ditionem idem locus hereditario jure pertinebat; Ergo per Spiritum Sanctum admoniti & compuncti, eundem locum cum omnibus appendicis suis, agris, vineis, siluis, paucis, cultis & incultis, quæ ipsi aut parentes eorum dederant, aut aliqua consanguinitatis, & propinquitatis eorum deditio[n]is jure ad eundem locum pertinebant, vel à militibus suis, vel ab ullo anteceßorum eorum, vel à quocquam hominum eò collata sunt, omnino vñsi suo atque potestati abalienauerunt, & absque omnium hominum retractione & contractione, D[omi]n[u]s & Sancto Petro dederunt, tradiderunt, condonauerunt, & p[er]petuo liberum esse decreuerunt, nimirum pro animarum suarum & parentum suorum salvatione & absolutione. Ne ergo hæc traditio & confirmatio ab ullo hominum, vel ab ipsis, vel à posteris nepotibus suis vñquam possit infringi aut adnullari, communii consilio decreuerunt, vt eundem locum in manum prædicti *Adalberti* Comitis pariter delegarent; scilicet vt ipse Romam iens hanc delegationem super altare Sancti Petri, in conspectu Apostolicæ sedis Episcopi & Romanorum Principum confirmaret & stabiliret, ea videlicet condicione, quatentis singulis annis exinde aureus nummus in testimonium persoluatur: Et ne cuiquam hominum, Regum, Principum, Episcoporum locus ipse cuiusque seruitij amplius subiaceat. Cæterum hæc traditio eo tenore facta est, vt Monachi ibidem Deo seruientes habeant potestatem eligendi Abbatem secundum Regulam Sancti Benedicti quemcumque velint, aut inter se, aut aliunde, qui tamen electus accipiat baculum de altare. Hæc etiam conditio inter eos facta est, de aduocatione, vide licet vt *Fridericus* qui tunc temporis Aduocatus erat, si filium generit, ipse & posteri eius jura aduocationis semper retineant, si autem absque liberis excesserint jura aduocationis ad *Albertum* Comitem, & ad posteros eius pertinuant, & quisquis inter eos natu maior fuerit, ipse aduocatus consistat. Qui tamen Aduocatus nihil aliud juris aut potestatis quam quod subscriptum est, ibi retinebit. Semel in anno ratiocinationem cum familia habere debet, & non alibi nisi in eodem loco hanc exercere valebit. Si autem utilitas loci poposcerit, vt illi adueniat, hoc ei in seruitio suppeditabuntur, sex vrnae vini, & vna mellis, & viginti vrnae Ceruisiae, quatuor modij frumenti, & totidem porci, & duodecim modij auenæ; ita tamen vt si ibi rationem habeat, hæc ei omnia dentur; nec alicubi alio deferantur, nec habeat potestatem, hæc cuiquam in beneficium dare aut præstare. Qui tamen Aduocatus si fratribus gratis, & monasterio inutilis fuerit, amo to eo, aliis substituatur. Harum rerum omnium testes per aurem attracti sunt, *Fridericus* Aduocatus, duo filii *Adelberti* Comitis *Berchtoldus* & *Adel-*

Retractione & contractio[n]e.

bertus , Dietricus de Buchusen , Dietmarus & frater eius Ekkerich de Silchingin , Dietmar de Wenniggesdorf , Marchvart de Ebermundesdorf , Weringant de Wolfaha , Ratpott de Slipphingen , Eberhart de Rota , Willehalm de Geppenham , Werinheri de Holzen , alias Werinheri & Gotschalch de Henninchouen , Altman de Welinchinberg , Svviker de Berindorff , Vdelrich de Ahahusen , Liupolt de Vheffigen , Gotzpolte de Retenbach , Hi omnes nobiles viri , exin militantes , Adelhart de Hiutta , Gotpolte de Ruberdorff , Landold de Landoldesberch , Wolchmar de Mennaha , Gotzpreht de Harada , Gumpolt de Herimutesdorff , Eppo de Drahfsala , Rudolph de Vremerichesberck , Adelpreht de Houedorff , Megingoz & frater eius Hiltibolt , Marchvart & Werincheri de Nuzpach , Berinhart de Gebinchouen , Marchvart de Niunchirchen , Sigibor de Chunenzella , Pabo de Gesvventa , Hagano de Geshusen ; & alij quam plurimi . Datum est Laterani in Palatio , Anno Dominicæ incarnationis 1126 . Indict . 4 . 11 . Kal . April . Ottone Cancellario Sanctæ Romanæ sedis .

C. **H**onorius Episcopus seruus , seruorum Dei , Dilectis filiis Abbatii & Conuentui Monasterij Sancti Petri de Superiori Altaha , salutem & apostolicam benedictionem . Cum à nobis petitur quod justum est & honestum , tam vigor æquitatis , quam ordo exigit rationis , ut id per sollicitudinem officij nostrum ad debitum perducatur effectum . Ea propter dilecti in Domini filij , vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu , personas & Monasterium vestrum cum omnibus bonis , que in præsentiarum rationabiliter possidet , aut in futurum præstante Domino justis modis poterit adipisci , sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus , specialiter autem de Aiterhauen , de Monte Sancte Marie , de ChriZenkirchen , & de Mitterfels Ecclesias cum pertinentiis suis , nec non possessiones ac alia bona vestra , sicut ea omnia justè Canonice ac pacifice possidetis , vobis & per vos eidem monasterio vestro authoritate apostolica confirmamus , & præsentis scripti patrocinio communimus . Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis & confirmationis infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attemptare præsumpsert , indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum . Datum Laterani 4 . Idus Junij , Pontificatus nostri anno octauo .

D. **W**ir Ludwig / Stephan vnd Ludwig von Gottes Genaden / Marggrafen zu Brandenburg vnd zu Lusiz / Pfalzgrauen bey dem Rheyn / Herzogen in Bayn / Embieten dem Ersamen Geistlichen Fürsten / dem Abt zu Obern Altach vnd dem Convent daselbstien / vnsern Demütigen Lieben / vnsern Grues vnd alles Guts / durch den guten Willen / Gunst vnd Freundschaft / die die Hochgeborenen Fürsten vnser Vorfahren / die Herzogen von Bayn / vnser lieber Benediger Herr vnd Vatter Kayser Ludwig von Rom / seelig / zu euch gehabt habent / vnd wir auch durch der redigkeit willen / die wir an Euch vnd an Euren Gottshaus erfunden haben / vnd täglich erfinden . Geben vndeygen wir Euch / endem Gottshaus / dem Herrn / die gesund lebent / oder fürbas da künftig werden / auf das / daß jne Gott destier bas gedient vnd ehren mög / vnd daß ihr für vnsern Vorfahren / vnser lieben Herrn Vatters seiligen / vnser / vnser Erben vnd Nachkommen Seelen Seelen Hayl vnd Seeligkeit / mit einer ewigen gedächtnuß willen desto fleißlicher bitten soll / vnd möge / die Pfarrkirchen zu unsrer Frau

Der Fräwen / die gelegen ist in vnser Statt zu Landaw / mit allen ihren zugehörn / nuzen
 vnd rechten / die von alter / vnd von guter gewohnheit darzu gehör habent / vnd gehörēt /
 wie die genant seyn / oder wo die gelegen seint / ewiglichen zu haben vnd zu nutzen / oñ als
 le hindernuß vnser / vnseren Erben / Nachkommen / Ambteut / wie die genant sein / rübig-
 lich zu besizzen / vnd verzeihen vns für vns / vnser Erben / vnd all vnser Nachkommen der
 vorgenannten Kirchen / vnd aller ihrer nüze vnd zugehörten / wie die genant seint / als vor-
 geschrieben steht / die vns angehört habent / angehören / oder in eine weis angehören möch-
 ten / mit guten willen / vnd wolbedachtem muth / mit disem Brieff / vnd wollen noch sollen
 vns für daß daran kein ansprach nachforderung haben / ewiglich / noch behalten / nach
 des Erbarn Mannes / Herren Ulrichs von Ahdorff tod / der jekund Pfarrer ist derselben
 obgenannten Kirchen / darumb gebieten wir allen vnseren Ambteuten / Bicedomb / Rich-
 taren vnd Pflegern / wie die genant sind / die jekant sînt / oder künftig werden / in vnsern
 Landen zu Bayrn / daß sie den vorgenannten Geistlichen Fürsten / den Abt / vnd die Con-
 vent Brüder / die jekund sind vnd künftig werden / an der vorgenannten Kirchen aigen-
 schaft / an vnser stat fristen / vnd schirmen / daß in daran keinerley stöß / laid / hindernuß
 noch beschwerung widerfahre / föstiglich / bey vnsern hulden / vnd das zu einem Urkundt /
 haben wir jm geben disen Brief / versigten mit vnserm Insigl / der geben ist zu München /
 nach Christi Geburt / dreyzehenhundert Jahr / darnach in dem Acht vnd vierzigsten
 Jahr / des nächsten Montags nach S. Laurenzen tag.

CATALOGVS ABBATVM MONASTERII Superioris Altach,

- I. ERNESTVS vixit an. 765. & mentionem eius facit Auentin.
Annal. Boior, lib. 3. f. 302. sequentium reperiuntur nomina Sola in Mor-
tilogio.
- II. HERMANNVS ob. 2. Januarij.
- III. WOLFBERTVS ob. 10. Januarij.
- IV. RATIMVNDVS ob. 18. Januarij.
- V. ERCHAMBERTVS ob. 30. Ianuarij.
- VI. LEOPOLDVS ob. 26. Febr.
- VII. REGENWARVS ob. 13. Maij.
- VIII. OTGERVS ob. 26. Maij.
- IX. YMNIO ob. 31. Maij.
- X. OLPALDVS ob. 5. Iunij.
- XI. GRIMOALDVS ob. 2. Iulij.
- XII. WOLFRAMVS ob. 26. Augusti.
- XIII. VROLF ob. 27. Aug.
- XIV. IRMBERTVS ob. 28. Aug.
- XV. REGINHARDVS ob. 2. Septembri.
- XVI. DIETMARVS ob. 6. Sept.
- XVII. RICHWINVS ob. 9. Septemb.
- XVIII. SIGMARVS ob. 10. Septemb.
- XIX. WENCESLAVS ob. 21. Septemb.
- XX. WOLFRAMVS ob. 3. Octob.
- XXI. LAMPERTVS ob. 31. Octob.
- XXII. ADALHARDVS ob. 14. Novemb.
- XXIII. ADALBERTVS ob. 18. Novemb.

XXIV. WALTHERVS, ob. 23. Nouembris.

XXV. ARNOLDVS, ob. 29. Nouembris.

XXVI. DIETBOLDVS, ob. 12. Decembris.

Vastatum ab Hungaris Anno 907. Monasterium, cum durasset à prima fundatione annis 168. & desolatum in cinerib. suis jacuissest per annos circiter 195. restaurauit Comes Fridericus à Pogen, huius nominis primus unacum coniuge sua Dn. Adelheide, Anno Christi 1102. ob. dictus Comes Fridericus restaurator siue secundus fundator huius Monasterij Anno 1104. relictis duobus filiis Vlrico clero & Friderico II. nec non filia Adelheide, 39. & Catarina coniuge Ernesti Marchionis Nordgönie.

Extradit. Monasti. Vid. Fr. Arnold. Vlrich. in lign. &c. libr. 4. cap. 39. & Catalog. Episcoporum Eystet. Sequuntur Abbates post Restaurationem siue fundationem secundam.

XXVII. I. EGINO cum fratribus aliquot suis An. 1102. a Friderico adductus, ob. 1105.

XXVIII. II. ERNESTVS eligitur an 1106. ob. an 1115 die 17. Martij.

XXIX. III. LVDGERVS, el. an. 1115 ob. an 1137. 28. Nouemb.

XXX. IV. RVTHARTVS, el. 1137. ob. an. 1154.

XXXI. V. GOPPOLTVS, el. 1154 ob. 1159 die 16. Martij.

XXXII. VI. THEODORICVS, electus ann. 1159 eo ipso anno decepit.

XXXIII. VII. GERHARDVS, el. 1159 ob. an 1184. 29. Maij.

XXXIV. VIII. WOLFRAMVS, el. 1184 ob. 1194. Februarij die 18.

XXXV. IX. LEOPOLDVS, electus an 1194 remouetur à Pralatura an. 1215.

X. HENRICVS, subrogatus Leopoldo ob. an. 1221.

XL CONRADVS, el. an. 1221. ob. 1245 sub hoc preseule confirmauit PP. Honorius III. Monasterio Ecclesias S. Marie in monte Pogen, Aytberhouen, Kritzenkirchen, & Mitterfels.

XII. VDALRICVS, el. an. 1245. quo anno Monasterium conflagravit. annis aliquot elapsis Vdalricus Abbas postulatur Ratisbonam ad S. Emmeramum, remouetur ibid. an. 1251. & obiit tandem an 1263 in Abhausen.

XIII. HAIMO, el. an. 1248. ob. an 1252.

XIV. BVRCKHARDVS, el. an. 1252 ob. 1260.

XV. POPPO, postulatur An. 1260 ex Monasterio Nideraltach. Vir Deo & hominibus acceptus, Monasterij sui reformato industrius. Ordini suo adscriptus. B. Confessorem Albertum Comitem de Haigerloch. Lenauit insuper reliquias Comitis Friderici fundatori alterius eiusque fratrii Asvini ac coniugum utrorumque ex crypta montis Pogen in sarcophagum S. Vlrici Ecclesie monasterij, An. 1279. die 4. Aug. Postquam autem Abbas Poppo optime praeuisset, annis 22. repetitus fuit à fratribus sui Monasterij Inser. Altaha & Abbas renunciatus, quod per sexennium uititer rexit, donec pie obiit an 1289. mensis Ianuarij die 27.

XVI. CONRADVS II. Piper cognominatus, vir pius, elig. An. 1282. ob. an. 1297. Sepultus in Choro ante sum altare cum hoc Epitaphio.

Det benedictus sit ut à Christo Benedictus,

Flos Pralatorum Chunradus genomaq. morum.

Qui obiit Anno Domini 1297. IX. Calend. Augus.

XVII. CONRADVS III. An. 1297. ex Monasterio Tegevnsee postulatus resignauit & obiit An. 1311. 28 Decembris. quo ipso anno B. Confessor Albertus quoque denatus est, post quā quinquaginta annos vixisset in ordine. Huius animam vidi Christina Solitaria in Pogen dum precibus immoraretur, in forma splendentis faculae è monasterio in calum ascendere, claruit miraculis tamen in vita quam post mortem.

XVIII. HENRICVS II. Postulaturex Canobio Kincknach, ob. 27. Ian. An 1316.

XIX. HEN-

- XIX.** HENRICVS. III. Postulatur ex Mon. Tegernseensi Abbas. ob. 1339.
quo anno turri montis Pogen fulgure tacta perierunt campana. Ecclesia & tres pa-
rietes, quae omnia restaurauit Abbas Henricus industria sua, & piorum substdio ful-
lens restaurauit. Sub hoc Abbatे capit monasterium Mariae cella, de quo infra suo lo-
co plura dicentur.
- XX.** VDALRICVS el. An. 1330. ob. 24. Iulij. An. 1338.
- XXI.** WOLFGANGVS electus an. 1338 ob Cal Septembr. An. 1346. Cum circa hæc
tempora Danubius cursu suo Monasterio multum noceret, jussu Imp. Ludouici al-
ueus eius aliud deritatus fuit, durauitq; labor iste per annos decem, magnis Monasterijs
impensis. Dedit igitur opt. Imperator Monasterio in recompensam damni accepti
quedam bona priuilegia & iuris nempe den. Irloho zu Ittling / sambt dem Santa
hof vnd Strohos. Die Restirung des Kirchhofs zu Ittling / das Vogtrecht zu
Ebling/vnd zu Ittling / die anschütt (vis aluvionis) in der Thonaw zu Boges
von der Lehnenschaffte / auch dienewe Thonaw/sambt befreihung der Maut durch
das ganze Lande.
- XXII.** FRIDERICVS preficitur an. 1346. defunctus an. 1358. die 20. Nouemb huius
temporib; fundatur Cenobium S. Elisabethæ Cella. & Monasterio Oberaltaha incorpo-
ratur; sed posteriorib; temporibus desit, & fundatio loci istius est in manibus heredum
Dominorum. de Schuwartzenburg.
- XXIII.** LAVWINVS el. an. 1358. ob. 1362.
- XXIV.** RUGERVS el. an. 1362. deponitur rursum in festo S. Catharinae. An. 1366.
vacat Prelatura an. 1. mensē i & dies aliquot.
- XXV.** EBERWINVS An. 1368. in festo S. Thomæ Apostoli postulatur ex Monasterio
Metten. Ob. Kal. Decemb. An. 1380 sub huic regimine iterum fulgure tacta fuit turris
in monte Pogen perierunt una cum tectis ex ligno factis, due maiores campana. an. 1379.
die Luna ante festum B. Virginis fundavit Dux Fridericus Landshutanus in tem-
plo montis Pogen anniversariū, datis 150 libris denar. Ratisponen, obtulit in super ima-
ginem S. Mariæ deaurata coram qua dictus Dux genibus flexis cernit ut.
- XXVI.** PETRVS Vrsenpeck ab Ursenbach, nobilis Boii eligiūtur An. 1380. mensē
Decembr. Ob. an. 1403 die 30. April.
- XXVII.** GALLVS, elect. an. 1403. & viuis excedit an. 1405 in die Natiuitati Christi.
- XXVIII.** IOHANNES Vogel elig. in die S. Sylvestri, an. 1405. ob. 1423. Sub hoc pre-
lato contigit, anno 1413, ut in die S. Parasceues puer quidam in Montis Pogen templo in-
ter alios communicantes, corpus Dominicum acciperet, ac in reuertendo, eo ipso loco,
ubi nunc Capella nuncupata apud Dn. nostrum adificata est, cuomeret, quæ res diuinat-
tu reuelata. & sacra hostia ibi loci in terra jacens integra inventa fuit & incotamina-
ta. Fama hac ad Iohannem Abbatem perlata, cum toto Conventu suo processionaliter ve-
niens, sacram hostiam veneratus in templum montis asportauit, & in honorem Salvato-
ris mundi ligatum Sacellū construiscit. Et extemplo miracula quedam ibi facta sunt.
Annis circiter quinquaginta post, Abbas Benedictus pro ligneo lapideum facillurn in
bodiernum diem durans substituit, quod in honore S. Salvatoris dedicatum Episc opa
liquot Indulgentiū condecorarant.
- XXIX.** IACQBVS Gleitner Ratisbonen, elig. in festo Concept. B. Virginis, impetrat-
ur pro se & suis successoribus ab Eugenio PP. IV. Pontificalia. An. 1437. ob. an. 1458. die
4. Septembr.
- XXX.** IOANNES Asperger, dictus Paupere, Deckendorfio originundus. Eligitur. 6.
Septembr. an. 1438. utilis fuit monasterio ob an. 1463 in octava a sumptuosis B. M. Virg.
- XXXI.** BENEDICTVS Beham, ex nobili familia, preficitur an. 1463. optimè rem
monasterij familiarem gesit, multa coemit bona & decimas, utilia quoq; edificia con-
struxit, ob. an. 1476. Dominica Reminiscere.

- XXXII.** IOANNES Irlbeck, ex pago Aytterhouen ortus et an. 1476. depositus die Martis ante festum S. Lucie an. 1481. Romam profectus an. 1482. ibi moritur die 13. Iulij.
- XXXIII.** RAPHAEL Neupöck Subprior & professus monasterij in Tegernsee postulatur an. 1481. die Mercurij ante festum Nativitatis Domini, vir pius & doctus. Obiit epidemia in istis partibus grassante die 13. Nouembris ann. 1483.
- XXXIV.** CHRISTANNVS Tesenpacher Salisburgen. Vir literatus & disciplinare regularis probe gnarus preficitur Monasterio An. 1484 per Ducem Boiarie Albertum, ut disciplinam monasticam, ibi introductam continuaret: id quod singulari industria perfecit, nec non rem familiarem multimodis auxit. Ob. An. 1502. in festo SS. Ioannis & Pauli. Transtalit hic Abbas fundatorum ossa ex Capella S. Vlrici, in templum Monasterij, & ante altare B. Virginis in novo sepulchro eleuato condidit An. 1485. post festum S. Dionysij. Idem Abbas Christannus seruauit lipanae B. Confessoris Alberti ex suo tumulo, in quo an. circiter 178. quieuerat; & in Choro templi, juxta summum altare sub fornice ad parietem locauit.
- XXXV.** GEORGIVS Dinspier Deckendorffen, eligitur an 1502 propter innocentiam suam multa ab aduersariis perpeccius; & pater famil. optimus, ob. 7. Augusti An. 1519.
- XXXVI.** GEORGIVS Perckhamer Ratisbonen, elig. An. 1519. Ob. 20. Augusti, An. 1521.
- XXXVII.** GREGORIVS Pauuer Hirsauiensis, el. An. 1521. Ob. 25. Octob. An. 1527.
- XXXVIII.** BERNHARDVS Mayer Tolicen. Vir diuino Zelo seruens, el. An. 1527. Ob. 19. Ianij, An. 1541. An. 1533. in Vigilia Ascensionis Domini fulgur fratrem unum, cum duabus aliis campanas pulsantem exanimauit.
- XXXIX.** ANDREAS Wild de Sinching, Boius, postulatur ex Monasterio Tegernsee An. 1541. imperitus fuit economie; bona quedam alienauit, debitaque contraxit: resignauit tandem An. 1551. & obiit decima octaua Februarij, Anno 1553.
- XL.** SEBASTIANVS Hofmann Sulzpacen, Palatinus, professus Monasterij Tegernsee, venit in Monasterium super Altaha cum confratre suo Abate Andreas qui constituit illum Priorem. eligitur tandem Abbas an. 1551. Legitur de illo, quod res Monasterij peccime administraverit, predia multa vel oppingnorauerit, vel vendididerit: grande as alienum contraxerit. Ob. 2. Ianuarij, An. 1564.
- XLI.** WOLFGANGVS Pogner, huius nominis secundus ex vico Pogen oriundus. An. 1564. Prima Martij Administratores designatur, praesuit mens. duntaxat sex.
- XLII.** IOAN. BAPTISTA Lochner, Ingolstadien. Postulatur ex Monasterio S. Emmerami Ratispon. An. 1564. cum Pralatura per annum integrum patre & pastore destituta fuisset: ipse quoque administranda rei familiaris ignarus, debita adauit, & resignauit tandem Anno. 1593. & obiit die 20. Nouembris eodem Anno.
- XLIII.** CHRISTOPHORVS Glöckler Landishutanus, el. An. 1593 bene prae- fuit, multaque debita dissoluit. Obiit Anno 1614. die 7. Martij. Sub huius regimine Monasterium multa damna ex incendiis & fulgorib perpeccum fuit.
- XLIV.** VITVS ex Kirchenleybach prope Boioruthum apud Naricos oriundus, eligitur anno 1614. die XV. Aprilis, & etiamnum praefit.

ALDER-

MONIKEE.